

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Philippi Melanchthonis Grammatica Latina

Melanchthon, Philipp

Wittebergae, 1621

Caput XXIV. Syntaxis praepositionum

[urn:nbn:de:bsz:31-112308](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-112308)

Utinam, & *Osi*, Coniunctivum asciscunt.
ut:

Ut illum Dii Deaq; perdant. Ter. Eun. 2. 3.

*O utinam tunc, quum Laedemona classe pe-
tebat, Obrutus insanis esset adulter aquis.*

Ovid. ep. 1.

O mihi prateritos referat si Jupiter annos.

Virg. 8. Aen.

REGULA XXX.

† *UT*, pro *Quomodo*, cum quadam admira-
tione, Indicativum habet. ut:

Ut falsus est animi. Ter. Eun.

Ut sapè summa ingenia in occulto latent.

Plaut. Capt. 1. 2.

Si autem infinitè sumitur, habet Con-
iunctivum. ut:

Cernis, ut ignavum corrumpant otia corpus;

Ut capiant vitium, ni moveantur, aqua. Ovid.

1. Pont. 6.

Interdum *UT* simpliciter similitudinem
designat. ut:

Ut² tute es, ita omnes censes esse. Plaut. Rud. 4. 4.

Ut sementem feceris, ita metes. Cic. 2. de Or.

*Ut nunc sunt mores, adeò res redit, Si quis quid
reddit, magna habenda est gratia.* Terent.

Phorm. 1. 2.

Hactenus Syntaxis Adverbiorum.

CAPUT XXIV.

SYNTAXIS PRÆPOSI-
tionum.

REGU-

REGULA I.

- * Præpositio Nominibus & Verbis addit suum ¹ Casum. ut:

*Aptus ad studia. Pietas erga Deum.
Gratus pro beneficio. Freqvens in Schola.
Non datur ad Musas currere lata via.*

† NOTA. I. A, Ab, Abs, Absque, similem proximè habent Constructionem, ita tamen ut A præponatur Consonantibus quibusvis, præter H. ut:

A cane. A patre. A Jove. A Venere.

AB, Vocalibus & H. ut: *Ab alio, Ab ortu,*

2. *Ab hoste.* Et nonnullis Consonantibus ² quæ molliusculè sonant, præcipuè L N R D S, & J Consonanti. ut:

*Ab legatis. Ab nullo. Ab Romanis.
Ab Ducibus Ab Senatu. Ab Jove.*

3. ABS, literis T & Q. ³ Abs te. Abs quovis. ABSQVE, pro Sine, Comicis magis usurpatur.

Absque te si fuisset, hodie nunquam ad Solem occasum viverem. Plaut. Mer.

II. E utimur sequente Consona. ut: *E medio.*

EX, sive Vocali, sive Consona sequente. ut:

Periculum ex aliis facito, tibi quod ex usu fiet. Ter. Heaut. 2. 1.

Ex malis moribus. Ex tempore.

III. PENES, soli Accusativo personæ jungitur, sive Propriè. ut: *Me penes est unum fasti custodia mundi. Op. 1. Fast. de Jano. sive per*

per Prosopopœiam. ut: *de Usu, Quem penes arbitrium est, & vis, & norma loquendi.* Hor.

IV. PROPE, etiam comparatur. Ideoq; Comparativus & Superlativus cum Positivo eandem Syntaxin retinet. ut:

Propius urbem castra movit. Cic. Phil. 6. & ad Oct.

Ut quamproximè Italiam sit. Cic. Phil. 10.

REGULA II.

* *In, Sub, Super, & Subter*, Accusativo serviunt, quum motum ad locum significant; Ablativo, quum quietem, aut in loco fieri vel esse. ⁴ ut:

In freta dum fluvii current. Virg. 1. Æn.

Stans celsa in puppi. Virg. 3. Æn.

Audiam, & hæc manes veniet mihi fama sub imos. 4. Æn.

Sub dio jacere. Hor. l. 3. od. 2.

Super arborem collocare. Auf den baum setzen.

Super arbore sedere. Auf dem baume sitzen.

Consul equo citato subter murum advehitur.

Liv. l. 4. dec. 4.

Omnes ferre libet subter densa testudine casus. 9. Æn.

†NOTA. I. IN habet etiam Accusativum, quando significat

Erga. ut: *Pius in patriam.*

Contra. ut: *Crudelis in liberos.* Cicero in Antonium invehitur est.

Ad. ut: *Pisciculos minutulos ferre obulo in cœnam seni.* Ter. And. 2. 1.

Per.

Per. ut: *Crescit in dies singulos hostium numerus.* Et Ablativum, quando significat Inter. ut:

Hoc primum sentio, nisi in bonis Amicitiam esse non posse. Cic. de Am.

vel Ante. ut: *In oculis duo navigia maiora submersa sunt. Curt.*

II. SUB, asciscit etiam Accusativum, quum significat Circa, vel Paulò ante. ut:

Sub Brumam. Sub finem. Sub lucem exportant calatbis. i. e. circiter lucem.

Paulò pòst. ut: *Sub eas statim recitata sunt tuæ. Cic. lib. 10. fam.*

Per. ut: *Sub noctem cura recursat. 1. Æn. i. e. noctu, vel per noctem.*

III. SUPER, habet etiam Accusativum, quum significat Inter, vel In tempore. ut: *Super cœnam. Plin. 4. 22. pro, Inter cœnandum.*

Præter. ut: *Super bellum annona premente. Liv. lib. 1. dec. 2. Super cætera flagitia. Svet. Claud.*

Ultra. ut: *Super ripas Tiberis effusus amnis. Liv. 1. 1. d. 1.*

Et Ablativum, quum significat

De. ut: *Hac super re scribam ad te. Cic. 16. Att. 6. Multa super Priamo rogitans, super Heleora multa. 1. Æn.*

Ob. ut: *His accensa super. 1. Æn. i. e. Ob hac.*

IV. SUBTER, Accusativum ferè poscit, si ve Quietis si ve Motus Verbis jungatur. ut: *Ubi circa muros supra subterque terram per dies quindecim pugnatum. Liv. 1. 9. d. 4.*

Plato

Plato Iram in pectore, Cupiditatem subter præcordialocavit. Cic. 1. Tusc.

REGULA III.

† *Tenus*, cum Nomine Plurali sæpè etiam Genitivo jungitur, Græcorum more. ut:

Et Cepheus conditur antè Lumborum tenus.

Cic. Arat.

Rumores illi de Comitibus Cumarum tenus caluerunt. Cæc. Cic. lib. 8. ep.

Crurum tenus. Virg. 3. Georg.

Sic Græci, μέγχι ποδῶν.

Celsus Ablativo usus est: *Haic abundè est loco tepido demittere se inguinibus tenus in aquam calidam.*

Nonnunquam & Accusativo jungitur. Val. Flacc. lib 1.

Et Tanaim tenus immenso descendit ab Euro.

Florus: *Curio Daciam tenus venit.*

Semper autem *Tenus* Casui suo postponitur; ut & *Versus* plerunquè. ut: *Hac tenus.*

Crurum tenus. Capulo tenus. Romam versus.

Inter Adjectivum tamen & Substantivum interponi potest. ut: [Suet. Aug. 85.]

Quam XIII. libris, Cantabrico tenus bello, nec ultra, exposuit.

REGULA IV.

† Substantiva Nomina societatis & conjunctionis cujuscunquè, cum Præpositione CUM solent jungi. ut: *Amicitia, Coitio, Consuetudo, Familiaritas, Convictus, Conversatio cum aliquo.*

Sic

Sic & Verba. *ut*: *Conversari cum aliquo.*
Qui cum ingenis conflictatur eiusmodi.
Oblector me cum Musis.

Nomina verò affectionis aut cupiditatis
 animi, junguntur cum Præpositione *IN*, *ER-*
GA, *ADVERSUS*. *ut*: *Amor in aliquem.*

Pietas erga Deum. Odium adversus fratrem.

REGULA V.

6. Δ Præpositiones interdum etiam aliis Præ-
 positionibus & Adverbiis præponuntur.⁶
 7. *ut*:⁷

De Q. Fratre nuncii nobis tristes venerunt,
ex ante diem Nonas Iunias, usque ad pri-
diè Calendas Septembris. Cic. 3. Att.

Huc pertinent & ista Composita, *Desur-*
sum, Desubito, Derepente, Exinde, Proinde, Ab-
usque, Abhinc, Debinc, Desuper, & similia.

Hæc de Præpositionum Syntaxi.

CAPUT XXV.

SYNTAXIS CONJUN-

ctionum.

REGULA I.

1. * Conjunctio aut similia¹ conjungit; aut
 dissimilia præcedentibus connectit. *ut*:
Sim: Nox & Amor, vinumq; , nihil moderabile
suadent. Ovid. 1. Am. el. 6.
Aut prodesse volunt, aut delectare Poëta.
Horat.

Dissim:

Delim: Et Reipub
 nterest.

RE

† Copulativa
 media tantum po
 soli posteriori au
 patur. ut:

Fortu bonusq;

Omnia Mercu

R

* UT Causa
 bens, v. g. NE,
 alicuius, ut:

Orare iussit

Ter. A

Veritus sum

vorum

Neque id fec

Non dubitan

Ter. And

† Quo loco e

vel Futuram,

ctivam Præsen

Iubeo ut faci

Sin Præterit

vum in Imperf

Iubebam. Ju

Δ Sed Præse

tum, si res adh

Orare iussit ber.